Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ppha. Quo aduenę ꝫ pegrini sumus apud
te sicut omnis patres nri. ut in galilea id est in
reuelatione eterna facie dni contemplantes
dicam cum apło. Nos aut reuelata facie glo
riam dni contemplantes transformam̃ a cla
ritate in claritatem. tamquam a spu di. Vidit
duos fres symonem qui uocat petrum. et andre
am frem eius mittentes retia sua in mare.
et uocauit eos. Videre dei eligere est. sicut
nescire reprobare. Sicut enim illos nescit
quos reprobat. unde in fine reprobis dictu
rus est. Nescio uos unde sitis. sic uidere eos
dicit. quos in eterna presentia elegit. sicut
euidenter electo dictum est. Cum esset sub ficu u
idit. Vidit quidem dns petrum et andream quos
ppuenientem gratiam in sorte aplatus dig
nos elegit. Sed nec illud pret mittendum
est. qd in prima sua uocatione carnales
fres elegit. Petrus enim et andreas fres
erant. non solum spu sed etiam carne germa
ni. Cum quidem carnales fres elegit. ostendit qa
si ei discipulatum uolumus adherere.
fres esse debemus non carne sed spu. non ge
nealogia sed caritate. Omnis quoque qui in
epo regenerati sumus. unum patrem habemus
dm. cui cotidie in oratione dicimus.
pater nr qui es in celis. Et ideo ipse ait in
euangelio. Et patrem nolite uocare uobis sup
terram. Unus est enim pater uster qui in celis est. Hu
ius filios nos esse gloriam̃ dicentes cum apło.
filii dei sumus. sed non dum apparuit qd eri
mus. Mater autem nra sca ecclia est. que nos psi
de et sacramentum baptismatis cotidie
spualiter generat. Quibus quidem unus est pater ds.
et una mater ecclia. consequens est ut fres sint. ad
est ut unum sapiant. id ipsum sentiant. non dis
cordent. ut in eorum numero computentur. quibus
saluator ait. Omnis enim uos fres estis. Hos enim
spuales fres admirabatur ppha cum diceba.
Ecce quam bonum et quam iocundum habitare
fres in unum. Notandum est autem qd duos fres
elegit. ut ostenderet qa suos discipulos gemi
nam multa habere caritatem. dilectionem dei et
proximi. Ipse enim solitus est scptura. qa cum ceciderit.
non habet subleuantem. Huic rei qua dns
binos elegit. binos ad pdicandum postea
misit. ut ostenderet quia pdicationis offi
cium non debet suscipere. nisi qui dilectionem dei
et proximi habet in pectore. Vel certe binos
elegit ad confirmandam auctoritatem. ut duo
testamentorum doctores fierent. implerentur
mes qd ipse alibi ait. Omnis scriba doctus in
regno celorum similis est homini patrifamilias.
qui profert de thesauro suo noua et uetera.
Erant enim piscatores. Piscatores enim et imperi
tiam ad no eligunt. ne fides credentium que
per eos doctrinam et pdicationem erat instruen
da. in eloquentia uerborum et non in iniuitate dei
fieri putaret. Magister humilitatis qui mem
ens in mundum ait. Discite a me quia mitis sum
et humilis corde. et inuenietis requiem anima
bus uris. humilitatis exemplum qd in omnibus
operibus suis ostendebat. etiam in uocatione aplorum
seruare uoluit. Non enim elegit matrem poten
tissimam. sed quantum sciissima. tantum pauperrima.
uxorem ut non uideretur agnum quem pfilio of
ferret. nec natus est in domibus cedrinis laque
atis et uarie picture colore decoratis. sed